



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Religioso Admodvm Patri D. Theodorico Loer a fratis Vicario domus
Carthusiensis in Colonia Ioannes Batmansonus. SDP.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

RELIGIOSO

ADMODVM PATRI D. THEODO

rico Loer a fratris Vicario domus Car

thussiensis in Colonia Ioannes

Barmansonus.

SDP.



Vanquam de facie quidem mihi ignotus
sis, religiose pater, non tamen fama: ea
praesertim parte, qua iam aliquamdiu ta
gnauiter nauaris operam imprimendis
D. nostri Dionysii operibus, in quo tam
sancto negotio, vt non fatigeris adhor
tor quantum possum, id quod feci etiam altero anno
in publica charta capituli, aliis adiunctus patribus in
diffinitorio, cui licet indignus, affui. Nec est certe cur fa
tigeris, quando quidem opus tam piuum est, multisque
grauissimis ac doctissimis viris mirum in modum pla
cens & etiam vtile. Quod enim citra aliorum iniuriam
dixerim, nullus in hunc diem prodit autor, qui plus fru
gis lectoribus attulit: quo ad ea duntaxat opera quae
hactenus impressa sunt. Tamen si hoc rursus angit pluri
mum, quod tam minuto, eoque male legibili caracte
re imprimuntur. Quocirca rem mihi videretur & deo
facturus gratam, & nostro sacro ordini honorificam,
imo & multis alijs (nimirum pijs omnibus) vtilem at
que conducibile, quisquis suo studio efficere possit ut
nedum ea quae nunc prostant, verum & reliqua omnia
eius opera, speciosiore forma, maiusculoque, ac venu
stiore caractere denuo excuderentur. Nec me later o
pus illud (quisquis aggredieretur) futurum esse immen
si oneris incredibilemque impensarum: quanquam tam
omnibus placent ea quae iam extant, vt non dubitem,
quin passim, & summa cum voluptate emerentur, adeo
vt nulla iactura, sed potius ingens lucrū esset Calcogra
phis. Et penitus persuasū habeo, cōplures eē, & magni no

minis prælatos, & alios non infimæ fortis tum in hac
nostra Britânia, tum alibi, quorum suppetiæ nõ dcerūt
tam sancto operi. Cui etiam & ipse pro virili opem fe-
ram, saltem alios procurando, & sollicitando etiã mag-
nos prælatos, ad subsidium sancti operis, quod liben-
ter vt spero, præstabit. Estq; spes aliqua, opinor, im-
petrandi quod molimur, vt eo modo suppleantur ea,
quæ nostræ desunt facultati. Si quis igitur vestrũ, hæc
sibi assumere velit prouinciam, iuuabo (vt dixi) quoad
possum. Sin minus, & hoc intimetis, nostrumq; tantil-
lum non cessabit studium, quoadusque fidum aliquem
inuenerimus impressorem, qui hoc opus (vt dignũ est)
perficere studeat, modo vos saltem correcta & quantũ
fieri potest, emendata exemplaria suppeditare digne-
mini. Cæterum si his nostris literis responsum dede-
rit tua religiosa paternitas, rem præstabis mutua no-
stra (& ea spiritali) amicitia dignam. Vale in Christo
pro me orãs (quod rogo) quotidie. Ex edibus nostris
Carthusianis prope Londinum in Anglia, Raptim idi-
bus Maijs Anno domini 1531. Idem qui supra ex ani-
mo tuus, si quid potest Ioannes Batmansonus eius do-
mus prior immeritus.

¶ Alardi Aemstelredami in D, Dionysij
laudem Tetraſtichon,
Nobile Carthusij Dionysius ordinis olim
Et decus, & splendor. nil nisi sacra crepat.
Hæc loer excipiens Theodoricus omnia tandem
Præstitit vt volitent docta per ora virum.

